UC 718

34

5.

Dissertatio, in qua exponitur, quo tempore, et quomodo Jesus Christus Ecclesiam fundavit.

O utinam, admodum Ill.es Academici, o utinam, inquam, mihi
nunc Isaiae minimum saltem spiritus sui lumen impertiretur,
ut hanc hypothesim, simili illius disertissima locutione exprime-
rem, et ingenii acumine intelligerem! Sed cum utrumque, ut mihi
desit, supleat pro utroque Voluntas. Hac munitus, ad opus inventa
manum, ocurrit primo definitio rei de qua agimus, quam ut lucere-
nam praemittere non erit extraneum, ut facilius quod sequitur intelliga-
tur. Ecclesia, est Coetus hominum, eiusdem Christianae Fidei professione
et eorumdem Sacramentorum Communione colligatus, sub regimine

(1)

legitimorum Pastorum, et praecipue unius Christi in terris Vicarii Ro-

Alexander Natal. Theolo- dogm. lib. I. a fide et sym. Art. 10. §. 1. = Bellarm.

mani Pontificis. (1) De hac loquor, non de Conventiculis de quibus ait
Propheta Odivi Ecclesiam Malignantium (2) De illa iterum dico, quae ap-

(2)

Psalm. 25.

ellatur Domus, et Aedificium Dei, Columna, et firmamentum Veritatis
Grex Ovium Christi, eius Sponsa, et Corpus, aliisque huiuscemodi titu-
lis decoratur.

Et quamvis Ecclesiae nomine absolute prolato, involbat in se Omnes
eius partes, scilicet triumphantem, quae in Coelis semper ex quo condita
est Cohaeret Deo, et Militantem, quae peregrinatur in terris, a solis Ortu us-
que ad Occasum laudans nomen Domini, comprehendens per fidem

(3)

Omnes ab initio mundi fideles, attamen in nostro casu Ecclesia accipitur
pro eo Statu, quem in novo testamento a Jesuchristo accepit (3) Nu-

Alex. ubi supra §. 1. n. 3. et 4.

nc autem quo tempore eum accepit videamus, audituri postea quo
modo.

Quando venit ergo sacri plenitudo temporis, unius Jesuchristus
a Patre hominum, et factus homo in purissimo Mariae utero, ut ge-
nus redimeret humanum, tunc praecipue peccatis corruptum, fedum
deforme, aegrum, pauperem et captivum, ac tunc potissimum remedio in

(4)

digens; Natus Orbis Conditor de Matre Virgine, statim fundationi Eccle-

Lib. 2. in C. 2. Luc circa medium

siae cementa iecit. Videre inquit divus Ambrosius (4) Ecclesiae surgentis
exordium, Christus nascitur. Tunc subito miraculis, huius divini Lu-
minaris Orbis, illustratus fuit, Pastoribus per Archangelum, et Regi-

(5)

bus per Stellam nunciatus, cuius fama, ut ait S. Martyr Cyprianus

Lemma de Regno Christi C. 33.

usque ad Sylbas, campos que Gentium est porrecta (5) ut neque Hebraei
neque Gentes ignorarent, et ut moniti de tanti Legislatoris persona, li-
bentius divinam legem aequo animo amplecterentur. Ab ipso Nativitatis
instanti, si quia Infans non verbo, (licet erat Verbum) tamen ut Magi-
ster, opere et exemplo docebat, humilitatem, paupertatem, mansuetudi-

(6) nem, sobrietatem, patientiam, et Charitatem; Ecce quomodo eam Ecclesia
in officio Nativit. Hymnus Foeno jacere pertulit: Praesepe non abhorruit, et lacte modico pastus est,
Laudum. Per quem nec ales esurit. (6) Sic in omnibus suae SS.mae vitae actionibus Sal
vator noster, Ecclesiam paulatim ac luculenter ~~Ecclesiam~~ fundabat, ut quod
postea praedicaturus erat in Sion et Jerusalem, primum opere adim-
plens, efficaciorem vim apud homines haberet; Sed tunc maxime Chris
tianae fabricae structura emicuit, cum Dominus coepit praedicare; Christe
na, et Sacramenta novae legis instituere; veterem abrogare; Discipulos
(7) assumere: Apostolos eligere, et Petrum (cum) ipsum ut Apostolum, et Pontificem max
Ad Hebr. C. 3. n. 1. imum praefecit ut ait Paulus (7). Hic est lapis, quem reprobaverunt
(8) aedificantes Judaei; lapis missus a Deo ad fundandam Ecclesiam, ait enim
Isai. C. 28. n. 16. Psalm. per Isaiam (8) Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem; lapi
117. dem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum.
(9) Hic lapis, est Caput et principale fundamentum, seu ut inquit Doctor An
Comm. ad C. oportebat 79. gelicus (9) fundamentum, fundamentorum Ecclesiae: Sed cum appropinqu
dist. art. 2. n. 15 et 16. asset tempus revertendi ad Patrem, qui eum miserat, constituit suum
Vicarium Petrum, consequenterque Caput, et primum Apostolorum, ut
(10) sub illo praecipue Ecclesiae machina confirmaretur, et superaedificaretur,
Math. C. 16. n. 17. quin portae inferi adversus eam praevalerent (10) Ecce Caput Ecclesiae in
Christo: Primordia fundationis, in eius nativitate; Progressum in eius SS.mae
vita, innumeris prodigiis, omniumque virtutum exemplis illustrata
En Sacramentorum institutionem: En Discipulorum, et Pastorum cre
ationem: Apostolorum electionem, et Petri in Christi Vicarium nomi
nationem: Ecce novum testamentum a Jesuchristo factum, et eius sa
cratissima morte firmatum: Ecce statum Ecclesiae in novo testamento, et
Ecce tandem ex dictis Ecclesiam Jesuchristi, et tempus quo eam fun
davit.

Videamus nunc, quomodo, eam aedificavit; Quo Ordine constituerit,
(11) et quibus Donis dotavit. Fundavit illam in modum Regni: Ego enim
Psalm. 2. (ait) constitutus sum Rex ab eo super Sion montem Sanctum eius (11)
(12) quod ~~[illegible]~~ testatur Joannes in Apocalypsi (12) dicens: Redemisti nos Deus
C. 5. in Sanguine tuo, ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione, et fecisti
(13) nos Deo nostro Regnum. In modum Gregis, constituens se Pastorem; Ego
Joann. C. 10. (inquit) sum Pastor bonus et cognosco Oves meas. (13) In modum Cor-
(14) poris, non solum arcana vi gratiae formati, sed ex membris visibilibus
Ad Ephes. C. 1. compacti. Et ipsum (ait Apostolus) dedit Caput supra omnem Ecclesiam, quae
(15) est Corpus ipsius (14) et alio loco: sicut enim corpus unum est, et mem
Ad Corint. C. 1. n. 12. bra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum
(16) tamen corpus sunt, ita et Christus, id est Ecclesia (15) Ordinavit illam
Cons. C. 6. n. 1. Conc. Trid. ut Castrorum Aciem, militibus, ducibus, et diversi gradus Officialibus, uni
Ses. 23. C. 4. Supremo Duci subjectis compositam. (16) nam ut ait Apostolus (17) Et ipse
(17) Ad Ephes. C. 4.

dedit quosdam quidem Prophetas, alios Apostolos, alios Evangelistas, alios
Pastores, et Doctores, et sic de reliquo Ministrorum Ecclesiæ Ordine: Nam sicut
unum Corpus plura membra habet, singula tamen suis diversis fun-
guntur officiis ad utilitatem totius Compositi respicientibus; Caput, ut
principalius membrum recognoscunt, et omnia vitam ab anima re-
cipiunt; Ita Christi Ecclesia, miro fuit Ordine disposita, ex Prophetis
Apostolis Evangelistis, Pastoribus, Doctoribus, et inferiorum graduum
Ministris, tamquam ex membris, universum Corpus, id est Omnium
fidelium Cœtum regentibus, uni Capiti Petro, et in eo Successoribus Roma-
nis Pontificibus respective subjectis, et a Christo Domino, ut a Corpori
huius anima, vitam, hoc est fidem et gratiam recipientibus. In
modum prædictum fundavit Salvator Ecclesiam, et ut magis hic Ordo
hominibus placeret, faciliusque eorum cordibus adhæreret, eum iuxta
illius temporis politicum regimen, disposuit; Nam ut Lex primo promul-
gatur, in principali Regni Civitate, ex qua ut ex Matrice, et sede regia
in reliquas Regni Civitates, et partes diffunditur; Ita in Jerusalem
totius Israël Capite, et Matrice, fuit primo promulgata lex gratiæ,
(18) c. 2. ut adimpleretur illud Isaiæ (18) De Sion exivit Lex, et Verbum Do-
(19) c. 24. mini de Jerusalem, ut testatur ipse Dominus secundum Lucam (19)
Sic etiam ad propagationem Ecclesiæ in Gentibus elegit Petrus Romam
in Cathedram, quia Roma tunc erat Caput vastissimi Romanorum
Imperii, et ex tunc fuit, ac usquemodo permanet Sedes Romanorum
Pontificum, paulatimque prædicto Ordine propagato; Sicut Impera-
tores habebant in provinciis, et earum præcipuis Civitatibus, Præ-
consules, Præsides, et Ministros his subordinatos, habebant, in mi-
noribus: sic Romani Pontifices, constituerunt Patriarchas, Prima-
tes, Metropolitanos, Archiepiscopos, et Episcopos in, Regnis, Provinciis,
et Civitatibus, prudentissima subordinatione singulorum.
Videamus tandem, quibus donis, et gratiis Dominus Ecclesiam
(20) ditavit. Primo fecit eam Sanctam, Vos autem, ait princeps Apostolo-
Levit. 1. v. 2. rum, genus electum, Gens sancta (20.) et appellatur ita, tum quia Deo
dicata, tum quia Caput ipsius Christus, est Sanctus Sanctorum; tum quia
ipsa sola verum habet Sacrificii cultum, nam iuxta Augustinum
(21) Vera Iustitia non est nisi in ea republica, cuius Conditor, Rectorque
(21) Lib. 2. de civit. Dei c. 21. Christus est: tum denique ratione doctrinæ; Lex namque Dei immacu-
lata, nihil habet falsum, nihil non sanctum. Fecit illam Catholicam
(22) id est universalem, tum quia toto terrarum Orbe est diffusa, per
Psalm. 2. 18. 21. 49. prædicationem Apostolorum omni creaturæ; In omnem quippe terram
56. et 71. exivit sonus eorum (22) tum quia ad eam pertinent omnes fi-

deles, preteriti, praesentis, et futuri temporis; tum quia in eius fidei doctrina, Vbique, semper, et absque ulla Variatione, fideles Omnes Consenserunt. Tum quia universaliter perfecta est, et in nullo Claudicat, ut ait S. Augustinus (23) tum tandem, quia Omnes, qui salutem Eternam consequi volunt, eam amplecti debent, eique adherere; sicut enim illi soli diluvium evaserunt, qui Arcam Dei iussu constructam sunt ingressi, sic illi duntaxat ab omni mortis eterne periculo tuti esse possunt, qui in Ecclesiam per baptismum ingredientur, in ea que permanent. Fecit eam Apostolicam, id est Apostolorum doctrina ditatam; ibi enim Apostolica est Ecclesia Vbi est Apostolorum doctrina: ibi doctrina Apostolorum est, Vbi est legitima Episcoporum Successio, ab Apostolorum temporibus ad nos usque: que successio Vbi non est, ibi non est Ecclesia christi sed Satane Synagoga (24) Fecit illam unam, hoc est, una fide, spe, et Charitate, et iisdemmet Sacramentis unitam: Vna est (inquit) Columba mea, perfecta mea (25) Vnum Ovile, unum Corpus (26) quod testificatur Apostolus sub his Verbis: Solliciti servare unitatem Spiritus, in Vinculo pacis, vnum Corpus, et unus Spiritus, sicut Vocati estis, in una spe Vocationis Vestre. Vnus Dominus, una fide, vnum baptisma. (27) Hec sunt, que de tempore, et modo quo Christus fundavit Ecclesiam, sub brebibus colligere procuravi, in quibus meum si quid mali; Dei, si quid boni dixi.

(23) Lib. Geneti ad literam imperfecto. C. 1.

(24) Alex. vbi supra S. 8.

(25) (26) Cant. C. 6. Joan. C. 10.

(27) Ad Ephe. C. 4.

Ignacio de Plaza